



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

Assumption B. M. V. 15. Augusti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

A moris facibus arsit, ut recreare frigidâ pectus æstuans fuerit necessarium. Itaque cælo jam maturus cum prælegi sibi Patronorum nomina (Menstruorum præcipue) jussisset, nunc in IESU lessigie vulnera, nunc in M A R I Æ ubera deosculans, & utriusque nomina inclamans expiravit, pridie V I R G I N I S A S S U M P T Æ ; quam num amaret rogatus, quid nisi, inquietabat, MARIAM amem Matrem meam : ita enim eam appellitabat novos semper de illâ titulos & magnifica verba ex cogitans. Numque igitur M A R I A Mater S T A N I S L A I , sed & filius STANISLAUS MARIÆ fuit. Utinam plures fratres numeraret! Ex Franc. Sacching.

A S S U M P T I O B . M . V . 15. Augus.

Age penna, quid humi repis, dum AVIRGINEM laudas? altius vola, & supra calos laudibus hodie merentem tolle. Sequimini Sodales, si Germani M A R I Æ pulli estis. Crescebant, & oculos cæli inultum delectabant primi Ecclesiæ flosculi, cum hos è cælo Filius, in terris M A T E R soveret. Sed denique ille matrem terris, hac filium cælis invidebat. Ergo igitur iterum boni nuntii bajulus Gabriel adest, & ad suavissimum mortis somnum invitat. Adsum interim divino nutu, qui toto orbe divisi erant Apostoli, & lectulum abi-

16. AVG. *Vitæ Sanctorum.* 443  
abiturientis ambient. Cerneret pro  
Virgine certantem cum cælo terram.  
Hinc filii lacrymis retinent, & amplexu  
morantur, illuc suavissimi Cælitum  
moduli animam beatam proliciunt,  
trahuntque ab! sponte properantem.  
Susepuit proinde Matrem Filius, si-  
numque pro sinu rependens illuc eve-  
hit, unde unum illa Deum suspicit, alia  
omnia despicit. Solabatur terra luctus  
suos opimo spolio, corpusculo Virgi-  
neo, sed etiam hoc brevi spolianda.  
Etenim cùm, ita Numine volente, se-  
rius è XII, proceribus Thomas adve-  
nisset, & amissam Matrem etiā in tu-  
mulo mœstus quæreret, præter linteal  
tam magni thesauri nuper involucra,  
nihil reperit; quod cælum etiam  
Corpus subduxisset. Ah liceat ample-  
xis pedes, & in hederæ morem alliga-  
tis dicere. Nunc, si terram natu-  
reas, Virgo, Scande Cælum. Ex Brev.  
Rom. &c.

S. ARNVLPHVS EP. 16. Augusti.

**S**æpè matres & viva filiorum fune-  
stra male rident & male lugent mor-  
tua; id quod A R N V L P H I etiā  
mater primo factitabat, dum quēm  
primum enixa est filium, spem unicam  
familiae, sed morte intempestivâ sub-  
latum non posse defere satis sibi vide-  
bat. Sed monuit bonus Genius a quo

Ff 2 ani-